

enim uenia indignus existat: Quisquis peregrinationem ingressus præcipue longiorem si forte in oppidum aliquid illustrius regionemue inciderit a mœniorem lustrare illam eiusq; gentis quicquid sit: uel usu uel notitia dignum scrutari haud neglexerit. Nam & Thucydides proposito insistens: & Herodotus gentes & terras & mores in quos incidit nosse concupiscens no uterq; in genere suo non laudandus. Orsus sum autem hæc tum aliis: tum ipsi mihi: Dum equidem non minus turpe existimo patriæ meæ originem ignorare: q; si de natalibus meis interroganti respondere no possim. Nam si. M. Cato sibi gloriae duxit q; octogenarius & omnibus functus honoribus origines suas in manibus haberet: Quibus populo rum initia memoria mandaret: cur mihi quoq; eius exemplo patriæ meæ originem auctenus omnibus fere ignotam scrutari: & omnibus in lucem dare non liceat? Aggrediemur igitur & nos nostram. Cæterum cum Venetiæ Venetiarumq; nomina sæpius nobis sint repetenda: ut omnis nominum tollatur error: illud præmittendum: mediterraneam quidem omnē regionem quaæ aestuaria ista circuïacet Venetiam quondam appellatam. Fuisse autem cum in his paludibus nulla erat habitatio præter pescatoriæ salinariae casas in Insularum modū propriis quasq; nominibus nun cupatas: Has omnes post Athilæ aduentum excidiumq; Vrbium carum quaæ aestuaria contingebant frequentius inhabitari cæptas: & præter propria nomina uniuersas Venetias appellatas. In his fuit Riualtus insula: in quam aliquot post sæcula magnus confluxit mortalium numerus: atq; in ea omnium insularum & littorum Vna cum uenetiarum nomine principatus est constitutus. Venetiacq; interdum: Sæpius tamen Venetiæ pluri numero Ciuitas appellata. Eius Vrbis originem describere instituimus. Sed prius tamè aliqua de gête Veneta Deq; Situ ac locorum natura paucis aperiemus: Ut his etiam qui nec uiderunt unq; nec uisuri sunt soli fieri potest lectione fiat satis.

Enetorum autem disti  
**V**ENETORVM Gétem satis constat peräquam: & multorum scriptis celebratam. Persequi singulos non est necesse. Satis fuerit præstatoris Hi de eius origine bifariæ sensere. Liuius Enetos: prius dictos ex Paphlagonia Asia regione post Troiam incensam amissio rege Phylæmene: Duce Antenore: in hæc intima superi maris stagna classe uenisse auctor est: nomenq; uniuersæ gêti dedisse. Catonem plinius afferit atq; Corenliu nepotem idem sensisse: Venetos ortos stirpe Troiana Et Q uintus Curtius Alexandri magni transitum in Asiam describens: huius etiæ meminit nominis & gentis. Cæterum alii longe ab his abeunt in diuer-